

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historia Zaringo Badensis

Schöpflin, Johann Daniel

Carolsruhae, 1765

XXXVIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-295118](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-295118)

XXXVIII.

CONRADI III. IMPERAT. CHARTA CONFIRMANS
CAMBIUM BURCARDI EPISCOPI BASILIENSIS
CELLÆ IN NIGRA SILVA, QUAM
S. UDALRICO CESSIT.

ANNO MCXXXIX.

Ex Tabulario Abbatiae D. Petri in Nigra silva.

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Conradus Dei gratia Romanorum Rex II. quia nostrum est Religiosorum hominum dignis petitionibus assensum præbere, quod benignitati nostræ convenit, ea, quæ anterioribus temporibus ad honorem Dei laudabiliter gesta sunt, roborare. nos precibus fervorum Christi de Cella Sancti Petri quæ pertinet ad Cluniacensem Ecclesiam, (a) quæ sita est in *nigra silva in pago Brigouua*, dignum duximus acquiescere. qua de re Concambium illud, quod actum est a venerabili priore ejusdem loci, domno scilicet Vodalarico ejusque fratribus cum Burcardo Basiliensi quondam Episcopo per legitimam Commutationem cum idoneis testibus per utriusque Eccle-

(a) Conf. QUERCETANI (DU CHESNE) *Bibliotheca Cluniac.* p. 1742. ubi legitur: „Prioratum de Sella, alias S. Udalrici in Nigra silva Dioecesis Constantinensis, ubi debent esse. Priore computato, septem Monachi & debent ibi celebrari cotidie duæ Missæ & debet fieri eleemosyna bis in hebdomada & cotidie transeuntibus.

Cod. Dipl.

L

fiæ advocatum videlicet Erluinum comitem præfatæ Cellæ defenforem; & Seligerum eo tempore Basiliensem advocatum, presente & rogante Basiliensi præfule Ortlibo — Laudamus, & confirmamus. omnique ævo inconvulsum & incontaminatum manere per Regiam auctoritatem decernimus. hac igitur nostra confirmatione prædicti fratres certificati libere sine omni contradictione possideant ea loca, quæ in eorum privilegiis ex antiqua descriptione continentur, nec ullius hominis infestatione vel querimonia perturbentur — si quis autem hoc tam salubre decretum ullatenus destruere attentaverit auri purissimi XL. libras componat, quarum partem dimidiam in fiscum Regium persolvat, reliquam in usum ejusdem Ecclesiæ restituat. Actum M. C. XXXVIII. dominicæ incarnationis anno apud *Argentnam*. presentibus Reverendis Archiepiscopis, videlicet Adalberone Trevirensi Metropolitano, apostolicæ Sedis legato, nec non Biffunciensi Archiepiscopo, aliisque Episcopis, Mettensi, Tullensi, Herbipolensi, Wormaciensi, presente Duce Friderico Regis ipsius Germano, *Duce Conrado*, *Herimanno Marchione*, Comitibus quoque *Bertulfo nostri Cenobii Advocato*, Comite Hugone, Comite Sigeberto, Comite Allwico, Comite Reinaldo, Comite Friderico, presente Heinricho Argentinensi advocato, Cuonone etiam de Cuningon, Erlewino de Nuenbuch, Teoderico de eodem Castro, Volcardo, aliisque quam plurimis viris nobilibus. Eo tempore, jubente rege, principes qui aderant, expeditionem contra Saxones Regnum commoventes juraverunt.

Signum Conradi Regis Romanorum invictissimi. (Locus monogr.)

Ego Arnoldus Cancellarius, vice Alberti Archicancellarii recognovi.
